

aduersus carnem ut non ea que uult
faciat. ex parte libertatis. ex parte ser-
uitutis. in diuinitate. non dum pura.
non dum plena libertas. quia nondum
carnitas. habemus enim ex parte in-
firmiuitatis. ex parte accipimus lib-
ertatem. quia sub peccatum est nobis.
antea electum est in baptismo. Nunc
quia electa est tota iniquitas. nulla
remanet infirmiuitas. si non remanet
seu sine peccato hic uiueremus. Quis
autem audeat hoc dicere. nisi superbus.
nisi inua liberatoris indignus. Nisi qui
se ipsum uult decipere. et in quo ueritas
non est. Ergo ex eo quod remansit.
uicium infirmiuitatis audeo dicere. ex
qua parte seruimus deo. liberi sumus.
ex qua parte seruimus legi peccati. ad-
huc serui sumus. Unde dicit apostolus. quod
dicere expectamus. condelector legi di-
scdm in interiori homine. Ecce unde
liberi. unde condelectamur. Legi di-
libertas enim delectat. Nam quam-
diu per timorem facti quod iustum est
non desit delectat. quamdiu adhuc
seruus facti. te non delectat. Delectat
te. et liberat. Noli timere penam. sed
ama iustitiam. Non dum potes amare
iustitiam. time uel penam. ut peruenias
ad amandam iustitiam. Ergo iam ille
ex parte superiore. liberus esse sentie-
bat. unde dicebat. Condelector legi di-
scdm in interiori homine. delectat me lex.
delectat me quod iubet lex. Delectat me
ipsa iustitia. Uideo aliam legem in mem-
bris meis. hoc est queri mansit infirmiuitas.
et pugnam legi mentali mee. et capti-
uitatem meo lege peccati que est in mem-
bris meis. et ex hac parte sentit capti-
uitatem. ubi non est impleta iustitia. Nam
ubi condelectatur legi di. non captiuus
sed legis amicus est. et ideo liber quia
amicus. Quid ergo ex eo quod restat.
Quid. nisi respiciamus ad illud quod dicitur.

Si uos filius liberauerit. tunc uere li-
bereratis. Denique et ipse qui loque-
batur ad illum respexit. Infelix ego
homo qui me liberabit inquit. de cor-
pore mortis huius. gratia dei per ipsum christum
dominum nostrum. Ergo si uos filius liberauerit.
tunc uere libereratis. Denique
dicitur. igitur ipse. Quanta seruo legi
dei. carne autem legi peccati. Ipse ego
inquit. non enim duo sumus. inter nos
contrariu de diuersis principibus ueni-
tes. sed ipse ego mente seruo legi dei.
carne autem legi peccati. Quamdiu
ergo obliuiscator salutis. sed sic carne ser-
ui legi peccati. fac quod ait ipse apostolus. Non
ergo regnet peccatum in uestro mortali
corpore. ad obediendum desideriis eius.
neque exhibeatis membra ustra arma iniq-
uitatis peccato. Non dicere audeat. non
sit. sed non regnet. Quamdiu pecca-
tum. necesse est esse in uibris uis.
salutem illi regnum. uisum autem non fiat.
quod iubet. Surgit ira. noluit autem
linguam ad male dicendum. noluit dare
ire manum aut pedem ad ferendum.
Non surgeret ista ira inrationabilis.
nisi peccatum esset in membris. Sed
tolle illi regnum. non habeat arma.
unde conuictus pugnet. Disceat etiam
non surgere. cum arma non ceperit
inuenire. non exhibeatis membra ustra
arma iniquitatis peccato. Ne loquin-
tu captiuus eris. et non erit dicere
mente seruo legi di. Mens enim sice-
neat arma. membra non mouentur
in ministerium furentis peccati. Teneat
arcem imperator. interior. et a sub-
maiore imperatore. uiuand. ad-
sistat. frenet iram cohercet. concupi-
scentiam. In est tamen quod frenet.
in est quod exercetur. in est quod
teneatur. Quid autem uolebit ille
iustus mente seruet legi di. nisi ut
omnino non esset. quod fieri arce